



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

9. Herr Heinrich von Mecklenburg bestätigt des Markgrafen Albrecht  
Stiftungsbrief dem Kloster Wanzka, am 11. November 1300.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

9. Herr Heinrich von Mecklenburg bestätigt des Markgrafen Abrecht Stiftungsbrief dem Kloster Wanzka, am 11. November 1300.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Henricus, Dei gracia dominus Magnopolensis, recepimus litteras domini nostri illustris principis Marchionis Alberti sub hac forma: (Es folgt der Stiftungsbrief des Klosters Wanzka vom 25. Januar 1290 VI, 21.) Quoniam autem voluntatem supradicti domini Alberti Marchionis illustris principis in omnibus quibuscunque possumus cupimus adimplere, nos igitur ad petitionem ipsius presens scriptum supradicte ecclesie Wanceke dedimus in evidens testimonium, ne a nobis vel a nostris successoribus quod rite et rationabiliter factum est in posterum infringatur, et id sigillo nostro fecimus communiri. Datum Stargard, anno Domini M<sup>o</sup>. trecentesimo, presentibus Henrico de Lancow, Bernhardo de Peccatle, Wyllekyno Soneke, militibus, Johanne Dargaz, Henrico Staffelt, famulis, et aliis quam pluribus viris fide dignis, ipso die beati Martini confessoris.

Boll's Gesch. v. Stargard I, 343.

10. Markgraf Otto sagt die Stadt Rostock von der Dingsch los, der er sic, mit Heeresmacht vor Rostock stehend, sich zu unterwerfen verpflichtete, am 1. August 1301.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis et de Landesberg Marchio, recognoscimus et tenore presencium puplice protestamur, Quod discretos viros et honestos consules, Schabinos et universitatem tocius civitatis Ruzstok a promisso nobis facto de exactione, que dignisse dicitur, nobis persolvenda, que nos contingebat et quam nobis promiserunt solvere, dum cum exercitu ante Ruzstok essemus, apsolvimus in hiis scriptis nec eam amplius requiremus. In huius rei evidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Wolsterhusen, Anno Domini MCCC. primo, ad vincula beati petri apostoli.

Aus den wöchentlichen Rostocker Nachrichten vom 27. Januar 1753.